

Nondum.
77

Cl. V. Dñe & Amice Charissime, integerume.

140

Quod mihi operam tuam in cōmendis libris non gravatē impenderis, est, quod mihi gratuler, et tibi gratias agam. Ego si quā in re similia tibi officia prestare queam, velim mihi ne parias, et descrendes me ut facilem ita quoq; fidem rerum tuarum procuratorem. Quod vero Euclidem, quem ipse adamaveras, mihi amicitia causā cessens, sanē hoc ipso plus amicitia tribuisti, quam ego vel petere à te vel sperare ausus fuissē. En per presentem mitto tibi pretium eorum, partim quos mihi jam comparasti, partim quos comparaturum in te receperis. Perferbis

Emptorum quidem,		Emendorum vero	
1. Salomon Caus. Juris. Harmon.	1: 10: 0	Turtenbachs Architect. Martialis	5: 0: 0
2. — Invent. pour lever les eaux	2: 2: 0	— Civilis	5: 10: 0
3. Fournier Hydrographie	5: 0: 0	— Navalis	5: 10: 0
4. Turtenbachs Archib. univers.	4: 0: 0	— Recreationis	6: 0: 0
5. De Dieu Rudimenta Persica	0: 13: 0	— Privata	3: 6: 0
6. Euclidis Arabicè	5: 2: 0	Duarenmeisleri Schol.	6: 0: 0
		Faulhabers ingenieur schul	6: 0: 0
		Turtenbachs mechanisch. Keyblads	1: 10: 0
	18: 7: 0		
	30: 16: 0		
	57: 3: 0		38: 16: 0

Interim non aspernabor, si licitando aliquid mihi de emendorum pretio decedere poteris. Est enim, ut mihi quidem videtur paulo gravius, quam quidem in tali causa distrahi plerumq; solent. Si nihil sibi patiantur detrahi, bene est. emas tamen, si aliquid, quantum illud est, id tibi servo, et adde pecuniā pro exsolvendis in auctione Cluspenburgica libris, quam proxima vice ad te transmittam, si me certorem prius feceris, quanti eos emeris. Dicta summa addidisti bis sexaginta carolinos, usuram biennij. nam tantum, ut mihi quidem videtur, tibi debet frater. Si plus minusve fuerit de eo velim responsum tuum una cum apocha, presentium exhibitor Johannes Jacobi proximo suo ad nos rediti mihi restituat. ut apocha mihi in reddendis fratri rationibus, ita responsum tibi inferviet, ut, quod tibi deest, primo quoq; tempore transmittamus et suppleamus. Quod mirum tibi accidisse refers, quod frater in Germaniam discesserit, id mihi non est mirum: nam mirantur omnes sani tecum, hominem maritatum, quinq; liberis onustum, praeter medicam caecitatem eo vesania devenisse, ut non duc in Germaniam, sed in Hungariam difficile admodum et sumptuosum iter absq; necessitate capesserit. Dignus certe, cuius helleboro ut purgent caput Medicorum filij, licet ex ipse medicus. Mihi, uxori suae, forui, in omnibus amicis nihil eo facto potuit accidere ingratius. eo nihil obstante abijt tamen. sed ipse videtur, quo successu, qui salutaria nostra monita omnia vento dedit. ut scribit, haecenus cuncta ipsi ex voto succedere, et consolatur nos dicto Davidis וְיִשְׂרָאֵל יָרֵם וְיִשְׂרָאֵל יָרֵם. Verum necdum dimidiam itineris absolverat, quando novissime hoc nobis Viennā Austriae 11. Aprilis perscripsit, ita ut varia adhuc ipsi pericula, variae difficultates sunt superanda. Jam autem Tōllā perlatū reddi videtur xj xīdros xgov. Ceterum Viennā posthodie presburgum profectus est, atq; inde ad civitates, quas vocant montanas, Chemnitzium, Nordolium, et ceteras. Ibi habitat, quem vult, nobilis quidam, qui diu apud nos Frankerae vixit. Nomen illi erat Udalrichus Kesar. Cum eo singularem familiaritatem hū contraxerit, quod ex ipso plurima de mineralibus audisset, quorum proprias fortunas habebat pater eius, et quidem inter eas, quod cardo rer erat, auri. Has illo toto vitae suae tempore lustrare aliquando in animo habuit: viam autem nunquam invenire potuit, quā ad illas perveniret. Hinc plurimas excogitavit artes, etiam viro adhuc patri hinc eo mortuo sibi in tractu Brandeburgico praedia comparavit ubi nec me, nec forui, nec alijs obloquentes audiret, et potorem itineris hinc instituendi partem abijt. Quid plura? Sic fuit in fati: et nos, quo fata trahunt, retrahimur, sequamur. Cetera bene se habent: uxor ipsius cum liberis per Dei gratiam corpore quidem bene valent, utrum animo? facile ex praedictis colligere potes. Mea gravissimè a lentulo cruciatur. Qua de re scripsi Dño vander Winden una cum petitione, ut, quod singulare illi malo remedium novisset, nobis candidus impertiret. sed haecenus nihil accipi respon. Credo, quod ipsummet morbus detineat. Ubi convalescit, velim hac in parte ipsi memoriam reficias. De sorori pecunia nihil habeo, quod scribam, aliud, quam quod eam, quam tibi numeraret, necdum, quantum intelligo, acceperit: et utrum eam acceptura sit, adhuc incerto ē. Quare non credo inde aliquid futurum: et in, quicquid in eo peccatum pro facilitate tua condona, et nos tui evantes, ut facis, desineps ama. Deum rogo, ut tuis laboribus clementer bene dicat, teg, deu nobis, familie tuae, vestrae, Academiae incrementum conservet. Uxori Charissime totiq; familiae ex me et meis salutem. Dabam Frankerae 20 Junij 1653 Tuus Bernhardus Pullenius

frang

Leidam

Admendum Reverendo, & clarissimo viro
Dno Johanni Coccio
S. S. Theologiae Doctorem & Professore
Dapino & amico suo plurimum
observando.